# LOS OFICIOS «DE INFIRMIS» Y DE DIFUNTOS DEL SILOS 7
## EDICIÓN Y NOTAS

Por José Janini

* *Aquest és un treball pòstum. El professor José Janini, prevere, morí a mitjan desembre de l'any 1987 a València, ciutat en la que havia nascut el 1915. Membre de primera hora de la Societat Catalana d'Estudis Litúrgics, la nostra entitat el commemorà solemnement en la 38.ª sessió, la qual tingué lloc el dia primer de juny del 1988. Un futur volum de la* Miscel·lània Catalana d'Estudis Litúrgics *publicarà la bibliografia del Dr. Janini i donarà degudament raó dels mèrits científics d'aquest infatigable recercador en el camp de la història de la litúrgia, el qual, entre altres mereixements, contribuí molt al coneixement del desplegament històric de la litúrgia a Catalunya.*

El oficio *de infirmis* del manuscrito 7 (olim C) del Archivo monástico de Silos fue publicado por Dom Mario Férotin, en *Le Liber Ordinum* (País 1904), col. 377-382, notas. Sin embargo, olvidó transcribir los títulos «Alio Matutinum de infirmis» y «Alio Matutinum», que preceden a las antífonas del salmo 3.º: «Exurge domine». Por otra parte, no señaló la falta de un folio entre los actuales ff. 9-10, donde debían hallarse los elementos comunes de los tres oficios matutinales.

En cuanto a los oficios de difuntos, dio Férotin descripción en *Liber mozarabicus sacramentorum* (París 1912) col. 782-783, con los incipit de las antífonas y oraciones.

Parece, pues, conveniente una nueva edición del oficio de enfermos y la primera de los oficios de difuntos, con el fin de ofrecer a los estudiosos del antiguo rito hispano los textos venerandos con la mayor fidelidad posible, según yacen en el manuscrito Silos 7, folios 1-30v. Las piezas han sido numeradas correlativamente para facilitar la redacción de los Índices de oraciones y piezas de canto, al final de estas páginas.

EL MANUSCRITO

Los folios 1-30 del actual Silos 7 pertenecen a un *libellus* que podríamos denominar «misticus», por contener oficios completos según el *ordo cathedralis.* Están escritos a 16 líneas, pero por escriba distinto al que copió el *Liber horarum* de uso monástico (ff. 31-141). Al encuadernar los folios del «místico» debieron recortarlos ligeramente para adaptarlos a las medidas 245 x 160 mm.

El libellus está incompleto al principio y al final. En efecto, el folio primero comienza así:

> .../ et propitius adtribuat consortium beatorum. Amen.
> Adque ita uos eripiat semper a malo, ut custodiat uos et conserbet semper in bono. Amen.

Se trata evidentemente del final de una Benedictio, cuya expresa mención «adtribuat consortium beatorum» está emparentada con la del final de la Benedictio «Ob recordationem... Illi tribuat consortium beatorum...» del Ordo ad commendandum paruulum defunctum del *Liber Ordinum sacerdotal,* fórmula 119 de mi edición. Cabe, pues, la sospecha de si este fragmento de libellus era un místico o formaba parte de un Liber Ordinum desconocido.

Los folios 1-13r fueron escritos por una mano del siglo XI muy cuidadosa, que parece imitar el modelo del siglo X. Otro escriba continuó los folios 13v-30v con letras de mayor tamaño. Ambas manos conservan dos módulos distintos, según la índole de los textos; en cuerpo de menor tamaño se escriben las piezas de canto, dotadas con notación musical del Norte, señalada con asterisco * en nuestra edición.

## EL OFFICIUM DE INFIRMIS (ff. 1-12)

En realidad, el compilador del *Officium de infirmis* del ms. de Silos 7 agrupó tres oficios matutinales, con idéntico método al de los dos oficios Ad Matutinum *de defunctis.* Para ello compiló en cada oficio matutinal la «missa» correspondiente de antífonas-oraciones. Luego en el postrer oficio incluyó los elementos comunes del final: antífona y oración del salmo 50, la antífona de Cantico, Benedictiones, Sono e incipit del himno. Esa es la laguna del folio desaparecido entre ff. 9-10. Terminó agrupando las parejas de Conpleturia y Benedictio.

Al doble oficio Ad Vesperum añade también elementos para poder recitar y cantar un tercer oficio. Por ello, hay dobles parejas de antífona-alleluiático de recambio (n. 5-6 y 15-16), así como otro Sono (n. 13) y también recambio para el final con otra Conpleturia-Benedictio (n. 21-22).

El estudioso podrá comparar estos oficios de enfermos con el del *Liber Ordinum sacerdotal* y con los tres del salterio silense de Londres, en las notas de nuestra edición donde se muestran los paralelos. Sería prolijo anotar las numerosas diferencias en la compilación global, pero hay analogías que apuntan a una especie de codificación de algunas parejas bien de piezas de canto, bien de antífonas-oraciones, bien de Conpleturia-Benedictio.

Como características de estos oficios del Silos 7 podemos destacar:

1.ª) La presencia de preces «Oremus... Ut uulnera famulorum» (n. 8 y 18).

2.ª) Las tres oraciones sálmicas comenzadas con *Exurge domine*, glosando la antífona del salmo 3.º.

3.ª) La abundancia de oraciones de los salmos, algunas comunes con otros libros manuscritos, de las que me ocupé en otro lugar.[1]

Es, pues, un hecho cierto que en la compilación de oficios votivos no se alcanzó unanimidad, por no haber sido codificados en época visigótica, como los oficios festivos del círculo del año. Sin embargo, en el siglo de oro de la eucología hispana, que puede situarse entre el segundo tercio de la sexta centuria y el de la séptima, debieron componerse la mayoría de las colectas sálmicas. Estimo, que también debieron ser redactadas antes de la invasión árabe (711) la mayoría de las Conpleturias y Benedictiones. Un indicio es la Benedictio n. 55, testimoniada a fines del siglo VIII en *Liber sacramentorum Gellonensis.*

## LOS OFICIOS DE DIFUNTOS (ff. 12-30v)

### EL OFFICIUM «DE DEFUNCTIS»

El oficio *de defunctis* del Silos 7 está compilado, como el de enfermos, con parejas antífona-alleluiático de recambio (n. 61-64) en el oficio vespertino. También en Ad Matutinum agrupa en primer lugar las respectivas «missae» de antífonas-oraciones, y al final del segundo oficio matutinal coloca los elementos comunes, terminado con las dos parejas de Conpleturia y Benedictio.

Como muestra de los elementos comunes dislocados en la fuentes manuscritas, aunque a menudo asociados por parejas, he aquí el esquema de los cantos del oficio Ad vesperum. Comparo el oficio del *Liber Ordinum sacerdotal* (sigla S), el del Antifonario de León y los oficios del códice silense de Londres (sigla L) y páginas de la edición Gilson:

1. J. JANINI, *Las colectas sálmicas del Liber Ordinum*, en «Hispania sacra» 28 (1975) 103-124.

## AD VESPERUM

| N.º | Ed. | Silos 7 | S | ALeón | L | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 57 | VPR. | Eripe | 275 | 278v | 347 | | 352 |
| 58 | SNO. | Redime | 276 | 279 | 347 | 349 | 352 |
| 59 | A. | Ne comperdas | | 279v (Mat.) | | | |
| 60 | AL. | Alleluia fac | | 279v (Mat.) | | 360 | |
| 61 | A. | Parce nobis | 279 | 279 | | | 354 |
| 62 | AL. | Libera nos | 280 | 279 | | | 354 |
| 63 | A. | Ego sum | 277 | 279 | | 350 | |
| 64 | AL. | Veniet hora | 278 | 279 | | 350 | |

En el oficio vespertino, después del himno, nuestro códice incluye, como en el oficio de enfermos, la fórmula de preces «Oremus... Ut spiritus et animas» (n. 66). Es de resaltar que la Conpleturia subsiguiente, comun con el códice L, abrevia la fórmula del «XLII. Ordo ad consecrandum nouum sepulcrum» del Liber ordinum episcopal, testimoniada hacia el año 750 en el *Liber sacramentorum* (Vat. Regin. lat. 316). El himno es común con las otras fuentes manuscritas.

En los oficios Ad Matutinum vemos oraciones propias en torno a las antífonas «Memento» (n. 72 y 74), pero por error del copista están ambas dislocadas. Es también propia la colecta «Tu es portio» (n. 76). En el Alium Matutinum incluye piezas comunes con *S* y *L*, entre ellas las clásicas *Non intres* y *Fac quesumus*, que recogió el Suplemento de Benito de Aniana. Como expuse en otro lugar, el final de la bella oración *Non intres* muestra un retoque estilístico que podría ser obra de Julián de Toledo, sobre el original del siglo VI, que se copió en el Oracional visigótico hacia el año 700. El himno «Christe Iesu rex regum dominus» (n. 95) es propio.

Es, pues, nuestro libellus más rico en oficios de difuntos (en plural), que el Liber Ordinum sacerdotal, pero no coleccionó seis de difuntos, como el salterio silense de Londres. Tampoco agrupó nuestro compilador ningún oficio *de uno defuncto* (frente al de *S* y a los dos oficios de un difunto de *L*).

### El oficio de los obispos o presbíteros difuntos

El hecho de copiar un oficio para obispos o presbíteros difuntos permite suponer que fue compilado en un monasterio regido por un obispo-abad, quizá sobre un modelo de Albelda, en la Rioja.

El oficio vespertino ofrece abundantes elementos comunes con el «Officium defunctorum sacerdotum» del códice silense de Londres, pero también brinda particularidades, como las preces «Oremus...Ut spiritus et animas» (n. 105). Es propia la Benedictio n. 107.

En el oficio Ad Matutinum las piezas de canto y las oraciones coinciden también con las del códice de Londres. Parece, pues, que hubo mayor unanimidad al codificar el oficio de los obispos difuntos, con elementos procedentes de las colecciones de «libelli», que circularon con profusión en época visigótica, incluyendo la provincia de Narbona allende los Pirineos.

## NORMAS DE LA EDICION Y ABREVIATURAS

En la transcripción se han respetado las grafías del manuscrito. Para ahorrar notas de aparato se encierran entre corchetes [ ] las letras o palabras que sobran. Entre paréntesis angulares < > las letras o palabras que faltan. La puntuación es del editor.

En notas de aparato se ofrecen los paralelos de los textos eucológicos e himnos. Los de las piezas de canto sólo se anotan en ocasiones, pues el estudioso dispone del excelente repertorio de M. Randel, *An Index to the Chant of the Mozarabic Rite,* Princeton 1973. En el texto de los cantos no se ha colocado puntuación, cuando no se halla en el manuscrito. Se suplen entre paréntesis redondos ( ) los finales abreviados. Las piezas dotadas de notación musical llevan asterisco *.

L = MS. Londres, Brititsh Museum, addit. 30.851: Ed. M. Gilson, *The Mozarabic Psalter* (=Henry Bradshaw Society 30, London 1905). Se citan las páginas.

S = MS. Silos. Archivo monástico., 7: Ed. J. Janini, *Liber Ordinum sacerdotal* (= Estudia Silensia VII, Abadía de Silos 1981) 11-248. Se cita el número de la fórmula.

## OFFICIUM DE INFIRMIS [f. 1]
## AD VESPERUM

1 VPR. *Exaudi nos deus salbator noster.*

2 SNO. *Sana domine omnes langores / nostros alleluia.* II. Redime de interitu uitam nostram alleluia alleluia. [f. 1v]

3 A. *Salba plebem tuam domine et benedic hereditati tue.* VR. Et rege eam.*

4 A. *Salbos fac nos domine deus noster alleluia et congrgea nos de nationibus alleluia alleluia.* VR. Ut confiteamur.

5 ALIA VPR. AF. *Salbum fac domine populum tuum et benedic ereditati tue et rege eos et extolle illos usque in seculum.* VR. Ut cognoscamus.

6 A. *Mitte uerbum tuum et sana nos domine alleluia alleluia alleluia.* VR. Ad te lebamus.

7 IMNUS

Christe celestis medicina patris,
uerus humane medicus salutis,
prouide plebis precibus potenter
pande faborem.

/ E[t]n ob infirmus tibi supplicamus, [f. 2]
quos nocens pestis ualitudi quas<s>at
ut pius morbum relebans iacentem
quo quatiuntur.

Qui potestate[m] manifestus extans
mox petri socrum febribus iacentem
reguli prolem puerumque sanas
centurionis.

Ferto languenti populo uigorem,
et flue largam populi<s> salutem
pristinis more solito reformans
uiribus egros.

Corpirum morbos animeque sana[t]
uulnerum causis adipe medellam
ne sine fructum cruciatus urat
corpora nostra.

/ Omnis impulsus perimens recedat [f. 2v]
omnis incursus cruciat liquescat
uigor obtate fobeat salutis
membra dolentis.

Iam deus nostros miserante fletus,
[set] <sic> quibus te nunc petimus, medere
ut tuam omnis recubans medellam
sentiat eger.

1-4. (S 232-235 L 343)
5. Antif. León 275v
7. (S 236 L 284) Blume n.º 208

Quo per inlata male dun teruntur,
eruditorum numero decori
conpote[n]s intrat sociante fructu[m]
regna polorum.
Gloria patri genitoque proli
et tibi conpar utriusque semper
nomini trino deitati soli
sidere clament. Amen.
<VR> Ostende nobis domine misericordiam tuam et salutare tuum da nobis.

8 /Oremus dominum. Ut uulnera famulorum suorum omnium fidelium [f. 3] christianorum propitius sanare et confortare degnetur. K. K. K.

9 CONPLETURIA. Te inuocamus domine sancte pater eterne omnipotens deus, pater domini nostri iesu christi, deus misericordie qui dominaris uite et mortis, qui es medicus animarum in egritudine[m] constitutus: respice propitius de preparato habitaculo tuo super famulos tuos il. qui ad[i]uersa ualitudine continentur. Visita eos uisitatione[m] celesti[s], sicut uisitare dignatus es socrum petri et puerum centurionis. Tribue eis domine remedium salutis, qui post passionem tuam corpora iam in conclusione sepulcrorum / uetustate consumta ad superos prodire [f. 3v] fecisti. Dona eis domine solacium pietatis, qui mulierem in proflubio sanguinis euolbentem ad unum uerbum omnes maculas sordium eius emundasti. Concede eis domine sanitatem mentis et corporis, qui quadriduanum lazarum ab inferis suscitasti. Ut sani adque incolomes in tua sancta eclesia presentati, tibi domino gratias agant. Pater.

10 BENEDICTIO. Salutare tuum domine famulis tuis tribue dignare. Amen. Orationes suscipe, petitiones supple et peccata dimitte. Amen. A langoribus cura, et fidelium pectora / a delictorum maculas purga. Amen. [f. 4]

## ALIA VESPERTINUM DE INFIRMIS

11 VPR. Exaudi nos deus.

12 SNO. *Sana domine.*

13 ALIO. *Sana me domine et sanabor salbum me fac et salbus ero quia laus mea et uirtus mea tu es alleluia.*

14 A. *Salbator noster salba nos in dilectione tua et in idulgentia tua libera nos.* VR. Ut cognoscamus.

15 ALIA VPR. A. Visita nos domine in salute tua. VR. Ad uidendum in bonitate.

16 A. Visita nos domine in salutario tuo alleluia ad uidendum omnes electorum tuorum alleluia alleluia all(elui)a. VR. Memento nostri domine.

17 IMNUS. Christe celestis medicina. [f. 4v]

9. (L 343)
10. (S 257 L 343)
11-12. = 1-2
13. Antif. León 275v
14-15. Antif. León 275
17. = 7

18 Oremus salbatorem. Ut uulnera famulorum suorum christianorum infirmorum propitius dominus sanare et confortare, et a cunctis malis liberare dignetur. K.K.K.

19 CONPLETURIA. Exaudi nos domine deus noster pro diuersis necessitatibus nostris et famulorum tuorum homnium christianorum infirmorum egritudinem [1] molestias laborantibus sucurre propitius. Ut sicut per eliam filium uidue sidonensis, et per eliseum filium mulieris sunamitis suscitasti, ita quoque supplicationibus nostris adesse digneris, et famulos [2] tuos hominibus christian<is> infirmis medellam corporum, salutem / animarum largiaris. Pater. [f. 5]

20 BENEDICTIO. Christus dominus qui est uera redemtio, sanet omnem langorem et omnem infirmitate in populo suo. Amen. A corporibus eorum morbos, ab omnibus [1] efficiat dolos. Amen. Ut abstersis cunctis incomodis, ad eum sanati corpore et anima peruenire possitis. Amen.

21 ALIA CONPLETURIA. Vespertinis precibus esto nobis domine protector et medicus. Ille etenim a se tuam misericordiam reppellit, qui tibi sua uulnera non hostendit. Sed quia tu domine omnes infiirmos ad sanitatem prouocas, et ulterius nesciunt / infirmari quos curas, cura [f. 5v] domine uulnera nostra, et concede nobis misericordiam tuam. Pater.

22 BENEDICTIO. Benedicat uobis omnipotens diminus, qui uos dignatus est plasmare de nicilo. Amen. Ipse sanet langores uestros, qui noster est solus dominus et redemtor. Amen. Adque ipsi sit semper cura de uobis, in qui omnis est plenitudo nostre [1] salutis. Amen.

## AD MATUTINUM

23 DE III.º PSALMO. Exurge domine salbum me fac deus meus. Domine q(uid).

24 <ORATIO> Exurge domine deus noster in ausilium humilium et in exterminium persequentium nos; [1] contere aduersarios nostros, qui nos a[d] tuis preceptis, dolosis promissionibus apertisque terroribus auertere moliuntur. In nullo enim eorum proficient insidie, si tuo / semper [2] muniamur in [3] omnibus adiutorio gratie. Amen. [f. 6]

25 A. *Salbum fac domine populum tuum et benedic hereditati tue et rege eos et extolle illos usque in seculum.* VR. Ostende nobis domine.

26 <ORATIO> Concede domine ut tuam [1] nobis salus perficiatur in nomine, nos [quo]que in uirtute tua libera quos propriis infirmitatibus perditos [2] agnoscis, ut tuum sit omne quod uibimus, qui fecisti ex nicilo ut essemus. Amen.

19. (L 344) [1] egritudinem] egritudinum [2] famulos tuos homninibus] famulis tuis omnibus
20. (S 274 L 345) [1] omnibus] animis procul S L
21. (S 237)
22. (S 238 L 345) [1] nostre] **uestre S**
24. (Orac. visig. 1186) [1] nos] om Orv [2] semper] om OrV [3] in omnibus] om OrV
26. (Lib. Ordinum 371 Lib. misticus Cuaresma 602) [1] tuam] tuo [2] perditos] prepeditos

27 A. *Salbos nos faciat dextera tua et exaudi nos domine deus noster.* VR. Ut cognoscamus.

28 <ORATIO> Benedicat te domine anima nostra, et omnia interiora nostra in tuis laudibus conclamant. Ut ad sanandum langores nostros audita / oratione concurras et uita nostra de interitu redimas, et [f. 6v] in bonis desiderium nostrum saties, uotum perfectionis corones. Amen.

29 <AL.> *Sana domine omnes langores nostros alleluia redime de interitu uitam nostram alleluia alleluia.* VR. UT confite(amur).

30 <ORATIO> Sana nos domine dum clamamus ad te, ut qui morbi disperatione morteque inminenti turbemur, [1] dum per hec litaris nosceris, audias, propitius miserearis. Adque ad [2] inferno nos libera, luctumque nostrum in gaudium muta. Amen.

31 RS. *Virtus nostra domine esto firmamentum infirmis esto refugium et liberator oppressis.* VR. *Infirmorum adiutor / captiborum redem. [f. 7] tor disperantium consolator.* p. *Esto re(fugium).

32 ALIO RS. *Propitius esto peccatis nostris domine et sana omnes langores nostros et redime de interitu animas nostras.* VR. *Adiuba nos deus salutaris noster et libera nos propter nomen tuum. Et redime.*

## ALIO MATUTINUM DE INFIRMIS

33 <DE III.° PSALMO> Exurge domine.

34 <ORATIO> Exurge domine deus noster et a persecutoris impetu salba nos, quos pretioso sanguine redemisti. Opone aduersario horis nostrum [1] deffensionem uirtutis tue auxilium. [2] Ut qui tibi studeant conplacere sui adsyduitate serbituti eius non adicitetur confiteri. Et ita ad dominum sobria mentis intentione / surgamus, ut nullo [3] in huius diei signi- [f. 7v] tie uel torporis macula sui malignitatis contagio abdicemur. Amen.

35 A. Peccabimus cum patribus nostris iniuste egimus iniquitates fecimus salba nos domine deus noster. VR. Ut confiteamur.

36 <ORATIO> Precamur domine deus pietatem tuam, ut nos in ira tua non arguas, neque in tuo furore nos corripias. Set quos cernis proprio turbari peccato, quieti [1] deputa[ta] facinora indulgenti. [2] Amen.

37 <ANT.> Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum domine nequando dicant gentes ubi est deus eorum. VR. Salbos nos fac.

38 <ORATIO> / Domine qui in eternum permanes, esto refugium [f. 8] pauperum in tribulatione et oportunum nobis auxilium, medicamentum nos abstruas in labore. Et quia tu es merentium consolator, sis etiam omnium infirmorum opituletur. [1] Amen.

39 A. Mitte uerbum tuum et sana nos domine alleluia alleluia alleluia. VR. Ad te lebamus.

28. (Lib. misticus Cuaresma 233, 428, 481)
30. [1] turbemur] turbamur [2] ad] ab
31. (S 247 L 242)
34. [1] nostrum] nostri [2] auxilium] auxilio [3] nullo] nulla
36. (Cf. BrGo 208, 973) [1] quieti] quietos [2] indulgendi] indulgendo
38. [1] opituletur] opitulator

40 <ORATIO> In dilectione tua salba nos domine deus noster, qui facturam tuam multiplici semper pietate custodis. Ad inuocationem nominis tui benignus adsiste, et famulos tuos christianos infirmos dextera tua erigas, uirtute confirmes, medicinam inferes, [1] langores sanes. Vitam te ipsis dones, et omnia / quam [2] a[d]te expectant, prosperitate sa- [f. 8v] lutis statuas. Amen.

41 RS. Qui dat dolorem ipse refrigerat percutiet et manus eius sanitatem prestat memores estote quia nullus iustus peruit nec uerus dei cultor eradicabitur. VR. Quoniam ipse flagellat et salbat ducit ad infernum et reducit. p. et.

## ALIO MATUTINUM

42 <DE III.° PSALMO> Exurge domine salbum me fac deus meus. VR. Domine quid.

43 <ORATIO> Exurge domine non e loco, non tempore, non a somno inmense peruigil eterne. Ut qui tua [1] pusillum [geminus] <gregrem> multi deuorant, tu propugnator adque defensor spes turbine, umbraculum ab estu. Et insurgentium aduersantium nos quesumus / consilia iniqua [f. 9] despicias et seuientium in nos dentes agrius [2] conteras, et circumdantium milia collecta[m] dispergas. Amen.

44 A. Salbator noster salba nos in dilectione tua et in indulgentia tua libera nos. VR. Deus in nomine.

45 <ORATIO> Salba domine plebem tuam et benedic hereditati tue, tueque non oblibiscaris eclesie, quam a seculo predestinasti in christo. Adque ad testamentum tuum memor misericordie tue respice, et promissa nos iugiter tua liuertate conplectere. Amen.

46 A. Propitius esto peccatis nostris et sana domine omnes langores nostros. VR. Memento.

47 <ORATIO> Domine sic esto propitius peccatis nostris, ut eternas penas a nobis abroges / +.........+. [1] Ut sicut te credimus semper [f. 9v] posse donare peccata, sic te mereamur propitium semper reposita culpa. Amen.

48 <AL.> Peccabimus tibi deus fac misericordiam et antequam pereamus liberet nos manus tua alleluia. VR. Memento congrega(tionis).

49 <ORATIO> Peccabimus tibi domine deus, iniuste egimus in conspectu tuo, quia obliti sumus mandatis tuis et post cogitationes cordi nostri pessime ambulabimus. Hec digne mereamur audiri, qui transgressores sumus tui precepti. Petimus omnipotens deus ut [.................................
.................................................................................................... ]

40. [1] inferes] inferas [2] quam] quae
42. = 23
43. (Lib. misticus Cuaresma 1309) [1] tua] tuum [2] agrius] acrius
45. (S 242) Cf. Lib. misticus Cuaresma 139, 639
47. [1] pro tua clementia *rasurado*
49. *Falta un folio*

50 <CONPLETURIA> / Domine qui m<is>ereris omnibus, qui [f. 10] omnia regis, qui clamantes ad te benignus exaudis, qui solacio es laborantibus, afflictis corde medella[m], egrotantibus medicina[m]: domine sospitator morientium, resurrectio mortuorum, reparator egrorum. Te supplices deprecamur ut omnes famulos tuos ill. quem [1] grabis iniuria febrium defatigat, egritudo efficit, labor frangit, admonitio debilitat, propitius aspicere digneris et des eis fortitudinem corporis, anime stabilitatem, tollerantiam dolorum, prosperam sanitatem, ut inuocatio sancti nominis tui detergat omnem eorum corporis / labem, omnes ua- [f. 10v] rias infirmitates, omnes accessus febrium; tribuas eis uite comeatum sicut ezecie famulo tuo. Erigas eos de lectulo quemadmodum filium uidue de loculo suscitasti. Ut recepta pristine [2] sanitate ingressi in eclesia tua te deum patrem per omnia benedica<n>t. Pater.

51 BENEDICTIO. Arceat uobis diuina pietas laudem, et celestibus animarum temperet ultionem. Amen. Reddat uobis dominus solacium post merorem, etiam tristitiam gaudiis reconpenset. Amen. Ut inlatis flagellis mens uestra non pereat, set potius ex tolle-/ rantia usque ad celos [f. 11] remuneratura perueniat. Amen.

52 ALIA CONPLETURIA. Redemtor noster domine fer opem nobis, et qui lectulo doloris peccati adgrabati ualitudine recubamus, indulgentiali medicina sanemur. Quique nos cotidie crescentibus delictis occidimur, misericordiarum tuarum abundantia sustentemur. Et quia secularis suasio et inimici deceptio diuerso tempestatum genere nos intern<ec> at [1] et occidit, obsecramus te clementissime deus: tu nos uiuifica, tu de manu inimici libera, [h]ac tua semper benedictione sanctifica. Pater.

53 BENEDICTIO. Salutiferam uobis dominus de regnis / celestibus [f. 11v] dirigat medicinam. Amen. Precibus uestris obtimus suffragatur occurrat, uestraque desideria pius in bono suscipiat. Amen. Omnia mala a uobis aufferat, et quecumque sunt bona uobis uestrisque concedat. Amen.

54 ALIA CONPLETURIA. Fortitudinem tuam domine deus noster infirmitate nostra circumferens, non potentissimus iudex in ira arguas, quos conscientia offensa conmaculat. Sed quia nullum peccatorem dispicis, quem a te per penitentiam redire cognoscis. Tu domine peccatorum nostrorum flagella suspende, et confessionis remedia / auge, et ad te [f. 12] perueniendi auritum [1] pande. Et quoniam in inferno nec reus absolbitur, nec rei confessio acceptatur, hoc [2] gemitum nostre laboris suscipe, et quos ipse creasti misericorditer redime. Pater.

55 BENEDICTIO. Benedicat uobis dominus, et custodiat. Amen. Ostendat dominus faciem suam uobis, et misereatur uestri. Amen. Conuertat dominus uultum suum ad uos, et det uobis salutem et pacem. Amen.

56 PSALLENDO. Hic curantur languidi et sanantur infirmi hic resurgunt mortui alleluia.

50. (L 340) [1] quem] quos [2] pristine] pristina
52. (L 9) [1] internat] internecat L
53. (Lib. Ordinum 374)
54. [1] auditum] aditum [2] hoc] hunc
55. Cf. Liber sacramentorum Gellonensis 1983, 1981, 2037

## OFFICIUM DE DEFUNCTIS
## AD VESPERUM

57 <VPR.> *Eripe domine animas nistras / ut placeamus tibi in [f. 12v] lumine uibentium.* VR. Reple domine splendoribus animas nostras et ossa nostra libera. ut.*

58 SNO. *Redime domine animas serborum tuorum alleluia.* II. *Custodi omnia ossa eorum et non derelinquas animas.*

59 AF. Ne conperdas nos domine cum iniquitatibus nostris nec in seculum indigna<n>s serbes mala nostra. VR. Ad te leuamus.

60 / AL. *Alleluia fac cum serbis tuis secundum misericordiam tuam [f. 13] alleluia alleluia alleluia.* VR. Memento domine.

61 ALIA V(P)R. Parce nobis domine qui animas amas. VR. Ad te leuamus.

62 A. Libera nos filius dei salbator noster alleluia alleluia. VR. De tenebris.

63 V(P)R. A. *Ego sum resurrectio et uita dicit dominus qui credit in me non morietur in eternum sed dabo ei uitam eternam.* VR. Deus deorum dominus locutus est.

64 A. *Veniet ora quando mortui resurgent alleluia ut audiant uocem domini et procedunt alleluia.* VR. Ad uidendum in bonitate electorum tuorum.

65 IMNUM

/ Christe rex mundi creator [f. 13v]
et redemtor inclite,
uota plebis obsecrantis
tu benigne suscipe,
suplici uoce precamur
postulatus adueni.
Mortis olim tu potenter
uinceres ut principem,
tartara seua petisti
dira claustra diruens,
ferrea uincla resolbens
et retrusos eximens.
Hoc triumpho confitentes
mente prona quesumus
mortuis ut des quietem
cum quiete gaudium
dextere patris tropheo
cum beatis omnibus.
/ Non eos flamma perurat [f. 14]
non catena uinceat
uermis illius pauendi
nemo penam sentiat

57-58. (S 275-276 L 347)
62. (S 279 L 354)
63. (S 277 L 352)
64. (S 278 L 352)
65. (S 281) Blume 209

set tuo dono beati
absque fine gaudeant.
Prestet hoc unitas semper
adque summa trinitas
cuius est perenne nomen
sempiterna claritas
qui deus trinus et unus
regnat ante secula. Amen.
VR. Conuertere domine aliquantulum
et repropitiare super serbos tuos.

66 Oremus Pium. Ut spiritus et animas famulorum tuorum omnium fidelium christianorum de loco tormentorum eruat, ut in locum lucis et refrigerii propitius conlocare dignetur. K. K. K.

67 CONPLETURIA. / Precamur inmensam magnitudinem tuam eterne [f. 14v] omnipotens deus pro animas famulorum tuorum christianorum, quos de uoraginibus uius seculi a<d> te arcessire dignatus es: dignare eis domine dare locum lucidum, locum refrigerii et quietis. Liceat eis domine transire portas inferorum et uias tenebrarum. Maneant in mansionibus habrae, moysi, dauid, elie, eleazari et simeonis, et ceterorum omniumque sanctorum in lucem illam sanctam, quam olim promisisti habrae uel semini eius. Nullam lesionem sustineant spiritus eorum. / [f. 15] Ut cum dies ille magnus resurrectionis aduenerit, resuscitare eos digneris, una cum patriarcis et prophetis et apostolis et martiribus tuis, et timentibus nomen tuum. Dele eis domine delicta et peccata eorum usque ad nobis<s>imum quadrantem, ut secunda mors in eis non abeat potestatem. Pater.

68 BENEDICTIO. Christus dominus qui morte sua subuenit mortuis, orantes uos exaudiat pro defunctis. Amen. Ut uestris precibus exoratus et uobis salutem obtabilem, et illis inpetretis quietem. Amen. Quo fides qua cum illis simul domini / creditis, et uos iustificet a delictis, et [f. 15v] illos liberet a suppliciis sempiternis. Amen.

## AD MATUTITNUM

69 <DE PS. III.º A.> Super populum tuum benedictio tua. VR. Domine quid.

70 <ORATIO> Super populum tuum quesumus domine descendat benedictio tua, et salus tua credentium sanctificet corda. Ut uocem ad te clamantium placatus exaudias, et uinculorum nexibus constri<c>tus[1] miseratus absolbos. Semperque uibentes tergas a malo, et quiescentes animas eruas ab eterno supplicio. Amen.

71 A. *Memento domine quod terra sumus homo sicut fenum dies eius sicut flos feni quia spiritus pertransibit ab eo*. VR. Ne tradas uestiis.

67. (L 350) Cf. LO 224/31 (ed. Férotin): «quam de uoraginibus... potestatem»
68. (S 283 L 350)
70. (S 285) [1] constritus] constrictos
71. *Esta antífona corresponde a la oración n.º 74*

72 <ORATIO> / Memento domine quia uentus est uita nostra, et [f. 16] anni nostri uelocius cursu transierunt, set quia tu domine ab initio idem ipse es, et anni tui non deficient, animas quoque famulorum tuorum omnium fidelium defunctorum in sinu abrae patriarce eredes constitue, et tue sempiterne claritatis participes redde. Amen.

73 AF. *Memento domine quia uentus est uita nostra et anni nostri ueloci cursu transierunt iam miserere nobis quia pulbis sumus.*
VR. Ad te lebamus oculos nostros.

74 <ORATIO> Memento domine quod terra sumus et homo sicut fenum dies eius, quia spiritus pertransibit ab eo. / Set quia tu uita es [f. 16v] anime nostre, uitam dedisti ei post carn<is> mortem. Petimus et rogamus, ut ubi uita est tecum omnium iustorum, [ubi] <ibi> permansuros facies [1] omnium fidelium defunctorum. Amen.

75 A<L> *Tu es portio mea domine alleluia in terra uibentium alleluia alleluia.* VR. Memento domine quod terra.

76 <ORATIO> Tu es portio nostra domine in terra uibentium, spes domine iesu christe. Petimus ergo pietatem tuam, ut qui uita facta est omnium fidelium defunctorum +......+. Amen.

77 RS. Orietur in tenebris lumen uobis et tenebre uestre erunt sicut / [f. 17] meridie<s> et requiem uobis dabit dominus semper. VR. Et replebit splendoribus animas uestras et ossa uestra liberabit a malis. et re (plebit).

78 RS. *Memento nostri domine qualiter nos de terra fecisti ossibus et nerbis fabricasti nos uitam et misericordiam dedisti nobis parce deus peccatis nostris propter fabricam manum tuarum.* VR. *Memento nostri domine in beneplacito populi tui uisita nos.* propter.

## ALIUM MATUTINUM

79 A. *Non intres in iudicio cum serbis tuis domine.* VR. Quia non iustificabitur.

80 <ORATIO> Non intres in iudicio cum serbis tuis domine omnibus fidelibus defunctis, / quoniam nullus aput te iustificabitur homo, [f. 17v] si nulla per te omnibus peccatorum tribuatur remissio. Non ergo eos tua quesumus iudicialis sententia premat, quos hic tibi uera supplicatio fidei christiane commendat. Set gratia tua illis occurrente mereantur euadere iudicium ultionis, qui hic dum aduiberent signati sunt signaculo trinitatis. Amen.

81 A. *Parce obibus tue sunt domine qui animas amas.* VR. Ad te lebamus oculos.

82 <ORATIO> Petimus domine misericordiam tuam, ut animas famulo-

73. *Esta antífona corresponde a la oración n.º 72*
74. 1 facies] facias
77. (L 356)
78. (L 351)
80. (S 287 L 354) Cf. Orac. visig. 1211
82. (L 350) 1 eos] eas 2 conlocatus] conlocatas

rum tuorum christianorum omnium fidelium defunctirum pietatis [f. 18] tue rore perfundas. Liberes eos[2] de manibus terribiliorum ministrorum, ut de loco ardoris eductas ad paradisi stadia peruenire iubeas, et abrae sinibus conlocatus[2] cum sanctis resuscitare digneris. Amen.

83 A. Fac cum serbis tuis domine misericordiam alleluia alleluia. VR. Memento domine.

84 <ORATIO> Fac quesumus domine ha<n>c cum serbis tuis omnibus fidelibus defunctis misericordiam, ut factorum suorum in penis non recipiant uicem, qui tuam in uotis tenuerunt fidei ueritate<m>. Ut sicut <hic> et uera fides iunxit eos fidelium turmis, ita eos illic tua miseratio <con>societ angelicis coris. Amen.

85 / PS. *Amen amen dico uobis quia qui uerbum meum audit et [f. 18v] credit ei qui misit me habebit uitam eternam et in iudicio non ueniet sed transiuit de morte ad uitam.* VR. *Ego sum resurrectio et uita qui credit in me si mortuus fuerit uibet. et in.*

86 PS. Pro defunctis offerimus tibi domine ut illorum <animabus> ueniam concedas et nobis omnibus miserearis. VR. Requiem eternam da eis domine et lux perpetua luceat illis. ut.

87 DE <PS> L.°. Letentur domine et exultent ossa umiliata. M(ise)r(ere).

88 <ORATIO> Letentur domine et exultent ossa humilium qui te expabescunt pro merito. Nec suppliciorum nectatur tormento qui tuum cernui prestolantur co<n>spectu<m>. / Sed resumta inmortalitate, [f. 19] sublato gemitu, expulsoque dolore lucis fruantur perpetim mansionem. Amen.

89 DE CANTICO. Vibent mortui et interfecti mei resurgent.

90 Domine dabis pacem uobis... / ...donec transeat indignatio. [f. 20]

91 (BNS) Fili hominum (domino benedicite et ymnum dicite. Benedictus).

92 (SNO) Vibent (mortui tui domine et interfecti) mei resurgent (alleluia). II. Expergimini qui dormitis in pulberem et laudate deum uestrum alleluia alleluia.

93 LDS. Cantate domino canticum nobum alleluia.

94 Laus eius in ecclesiis sanctorum... / ...gloria hec est omnibus sanctis eius. [f. 21]

95 YMNUS

Christe iesu rex regum dominus
nostris adesto precibus,
pro defunctorum animas
largam concede ueniam.
Te suppliciter poscimus
pro quiescentium animas,
ut pena gehenne euadant,
ad requiem perueniant.
Redime eos omnipotens

84. (S 291 L 354)
85. (L 358)
90. Is 26, 12-20 (BrGo 876)
94. Ps 49, 1-9

ab exterioras tenebras,
cum sanctos illos suscita,
in paradisi conloca.
Presta.

96 CONPLETURIA. Tue domine postulamus plenitudinem magestatis, ut intendas gemitibus nostris, et aurem inclines pistulationibus pietatis. Qu<i>a consortes lugemus generis nostri,/nos ipsos lacrimamus. [f. 21v] Conmendamus itaque tibi spiritus et animas defunctorum, quos de hoc seculo euocare iussisti, ne deseras eos domine ne derelinquas in ore inferi, sed [dexterco] <dexteram> eis porrige et conloca eos in locum refrigerii tui. Noli tradere uesteis animas confitestes tibi, quas redemisti-pretio sanguinis tui. Non obprima<n>tur ponderibus peccatorum, accinge eos fidei uirtute, et celestem eis semina caritatem. Nec patiaris exardescere flammam uermium scatere cruciatum, sed sola clementia memor misericordie tue, pande ianuam regni celorum. / Ut exultantes in [f. 22] sinibus patriarcarum nostrarum, dicant liberati et sociati cum sanctis angelis tuis. Pater.

97 BENELICTIO. Sum<m> us excelsus dominus qui uite et mortis potestatem dispensat, ipse et uibos [1] conuersationem corrigat, et mortuos [2] pro quibus supplicamus requiem tribuat. Amen. Illis imne contractum in carne peccatum dimittat, uobis autem in spiramini suo iam uiam salutis aperiat. Amen. Illis in resurrectionem concedat gloriam, uobis suam sine confussione hostendat presentia<m>. Amen.

98 ALIA CONPLETURIA. Eternorum arbiter et futurorum conditor deus. Tu abes potestatem / uite et morti<s>. Tu dicis [1] ad <in> [f. 22v] feros et reducis. Per te enim absorta est mors in uictoria, et resurrectio mortuorum repromissa. Et ideo te oramus domine pro spiritus et animas famulorum tuorum christianorum, quos ab hoc seculo ad te arcessire dignatus es, ut non derelinquas animas eorum, ne nocea<n>tur a potestate tenebrarum. Miserere eis domine, et concede eis uita<m> post mortem. Concede peccatis eorum remissione<m>, et da cum fidelibus et electis tuis in diem iudicii resurrectionem. Pater.

99 BENEDICTIO. Cunctorum redemtor animarum dominus iesus christus benedicat uos,/ et donet defunctis famulis suis remissionem pec- [f. 23] catorum. Amen. De inferni claustra [1] animas et spiritus famulorum suorum eruat, et in celestia regna habitare permittat. Amen. Omnia eis prospera, omnia quieta concedat, et a uobis cuncta mala repellat. Amen.

## OFFICIUM D(E) EPISCOPORUM SEU PRESBITERORUM DEFUNCTORUM

### AD VESPERUM

100 VPR. Eripe domine.
101 SNO. Redime domine.

96. (L 352)
97. (L 352) [1] uibos] uobis [2] mortuos] mortuis
98. [1] dicis] ducis?
99. [1] claustra] claustris

102 A. Laudemus uiros gloriosos et parentes nostros uiros magna<e> uirtutis / et potentia<e> sapientia<m> eorum narrent populi [f. 23v] et nomina eorum nuntiat eclesia. VR. Dominus custodit.

103 A. Lux ueritatis abitabit in eis alleluia quoniam iniquitas non est inuenta in labiis eorum cursum uite in pace perfecerunt alleluia alleluia. VR. Ipsi uiderunt.

104 IMNUM

Deus igne<e> fons animarum
duo qui socians elementa
uibum simul [h]ac noribundum
hominem pater effigiasti.
Tua sunt tua rector utraque
tibi copula iungitur horum
tibi dum uegetate [1] quoerent
/ spiritus simul et caro serbit. [f. 24]
Rescissa set ista seorsum
solbunt hominum perimunt<que> [te]
humus excipit arida corpus
anime rapit aure [2] licore<m>
Quia cuncta creata necesse est
labefacta: senescere tandem
conpactaque dissociari
et dissona texta retexi.
Hanc tu deus obtime mortem
famulis abo<le>re paratus
iter inuiolabile monstrans
quo[d] perdita membra resurga<n>t.
/ Hinc maxima cura sepulcris [f. 24v]
inpenditur, hinc resolutos
honor ultimus excipit [3] artus
et funeris ambitus ornat.
Hoc prouida christicolarum
pietas studet, utpote credens
fere protinus omnia uiba,
que nunc gelidus sopor urguet.
Ut dum generosa caducis.
ceu carcere clausa li[n]gantur,
pax [4] illa potentior extet
que germen ab ethere transit [5]
Sit terrea forte uolumtas
/ luteum sapiat et grabe cabtat, [f. 25]

102-103. (L 347)
104. (L 285) [1] uegetate] uegetata [2] aure] aura [3] excipit] accipit [4] pax] pars [5] transit] traxit [6] animos...uictos] animus...uictus [7] colligia] collegia [8] gestat] gestet [9] tumulus...iacebunt] tumulis...iacebant [10] rapientes] rapientur [11] terram] terre [12] benignus] benignum [13] sequitur] sequimur [14] ira] ire [15] doctor] ductor

animos [6] quoque pondere uinctos
sequitur sua membra deorsum.
Ad si[t] generis memor [iquet] <ignei>
conta<gia> pigra recusset
[ut id] <uehit> ospita uiscera secum
pariterque reportat ad astra.
Iam quod requiescere corpus
uacuum sine mente uidemus
spatium ur<e>be restat, ut alti
repetat colligia [7] sensus.
Venie<n>t cito secula, quum iam
socius calor ossa reuisat,
animataque sanguine uibo
abitacula pristina gestat. [8]
Que [pride] <pigra> cadabera pridem
/ tumulus [9] putrefacta iacebunt [f. 25v]
uolucres rapientes [10] in auras
animas comitata priores.
Quia iacta kadabera passim
miserans tegit ag<g>ere terram [11]
ipus exibet ille benignus [12]
christo p[r]ius omnipotenti[s]
Quidnam sibi saxa kabata,
quid pulcra uolunt monumenta,
nisi quod res creditur illis
non mortua, sed data somno?
Kandore nitentia claro
pretendere lintea mos est,
adsparsaque mirra suabeo
corpus medicamine serbat.
Quia lex eade<m> monet omnis,
gemitum / dare sorte sub una [f. 26]
cognitaque munera nobis
aliena in morte dolore.
Sequitur [13] tua dicta redemtor
quibus atra morte triumpha<n>s
tua per uestigia mandas
socium crucis ira [14] latronem.
Patet ecce fidelibus ampla
uia lucida iam paradisi,
licet et nemus illut adire
homini quod ad<e>merat anguis.
Illic precor obtime doctor, [15]
famulam tibi precipe mentem
genitali in sede sacrari,
quam liquerat exul et errans.
Hos tecta fobebimus ossa,
biolis / et fronde frequenter, [f. 26v]

titulum et frigida saxa,
liquido spargemus odore.
Animas non inmemor ob hoc
quarum memores sumus ipsi[s]
deus sord<e> rogamus pietas
erebi rogis fac aligenas.
Sit honor tibi fons pietatis,
laus gloria summa potestas
patri [et] genito sibe dono,
orbem regis qui deus hunus. Amen.
VR. Conuertere.

105 Oremus redemtorem. Ut spiritus et animas famulorum tuorum omnium fidelium defunctorum episcoporum, abbatorum, presbiterorum, diaconorum, subdiaconorum, monacorum uel omnium fidelium defunctorum / christianorum inter hacmina beatorum propitius conlocare digne- [f. 27] tur. K. K. K.

106 CONPLETURIA. Dominum nostrum iesum christum qui es<t> uita <et> resurrectio mortuorum, pro defunctis patribus omnium episcoporum, abbatorum, presbiterorum, diaconorum, monacorum adque omnium fidelium defunctorum fratres karissimi fideli oratione rogemus. Ut ipse qui uita est <et> in quo omnes uibunt omnibus de<t> securi[s] operis amenam quietem et delectabiles [1] mansionem. Ut quum corporis sarcina [m] non ad futuram penam, sed ad indulgentiam peruenia<n>t sempiternam. / [H]ac si aliquibus est quod pena crucietur, non sit per- [f. 27v] petuum quod multetur. Hoc nobis [a] pie rogantibus, ita ille arbiter benignus adtribuat. Ut quo<d> fides de tanta pietate presummet, pietas non recuset. Pater.

107 BENEDICTIO. Precemur dominum famulorum suorum omnium fidelium defunctorum recordatione<m> facientes, propitietur eis dominus ipse redemtor pacificus. Amen. Quique animas eorum suscipere dignatus <est> in pace, ipse uobis et hos [1] tribuat paradisi amenitate<m>. Amen. / Adque animas eorum ab omni nexu peccati absolbat, et nomina [f. 28] eorum in pagina libri uibentis adscribat. Amen.

## AD MATUTINUM

108 <DE PS III.º A.> Super populum.

109 <A.> *Dabit uobis dominus requiem sempiternam et replebit splendoribus animas uestras et ossa uestra reuirescent de loco suo.* VR. Quoniam deus amat.

110 <ORATIO> Deus domine uibentium, deus domine morientium, cui sic uincula [1] omnia subiacent, ita etiam defuncta famulantur, cuius semper potestas eadem est, nec mutata hominum condicione mutatur. Adesto car-

106. (L 354) [1] delectabiles] delectabilem
107. [1] hos] illis.
109. (L 348)
110. (L 348) [1] sic uincula] sicut uiuida? [2] longam saporem] longum soporem

pentibus longam saporem,[2] caros omnium nostrorum uisita dormientes eclesie tue parbulos, et progressis / in pacem pignoribus da pa- [f. 28v] cem tuam. Propitiare uibis, propitiare defunctis. Ut diffussa per omnes benignitate, extendas medicamenta uibentibus usque ad refrigeria mortuorum. Amen.

111 A. *Orietur in tenebris lumen uobis et tenebre uestre erunt sicut meridies et requiem uobis dabit dominus semper.* VR. Cantate ei canticum.

112 <ORATIO> Obsecramus clementiam tuam domine iesu christe, ut animas fidelium defunctorum ill. quorum odie conmemoratiinem facimus, lamentantes, condicionis nexibus absolutas, in eorum numero quos aput te uibere profiteris adscribas. Amen.

113 / A<L> *Ossa uestra reuirescent quasi salices alleluia iuxta [f. 29] fluentes aquas alleluia.* VR. Laudate nomen domini.

114 <ORATIO> Clementissime domine audi serborum tuorum preces, et animas quiescentium fidelium tuorum inter uictricium turmarum caterbas facito conlocari. A dextris quoque filii tui domini nostri iesu christi misericordiam <in> uenturi adsistant, et sanctorum tuorum consortio deputati, regnum celestem sine fine possidea<n>t. Amen.

115 PS. *Qui non aduersi sunt a domino sit memoria eorum in benedictionibus et ossa eorum reuirescent de loco suo et nomen eorum reparabitur / tin filis glorificatorum.* VR. *Sapientia<m> eorum narrent [f. 29v] populi et laudem eorum nuntiet eclesia. et nomen.

116 PS. Ve nobis qui diligimus mundum et omnia que in mundo sunt non cogitamus de illa die domini magna ubi reges cum ardore gemunt potestates cum lacrimis et rugitu clamant Miserere Miserere. Miserere nobis deus. VR. Dies ille dies ire calamitatis et turbine. P. ubi reges.

117 DE <PS> L.º Letentur domine et exultent ossa humiliata.

118 <ORATIO> Exultent domine omnium fidelium defunctorum ossa humiliata, qui tue sancte fidei notitie dum hic aduiberent perceperunt, et nunc / anime eorum a tartareis penis liberentur. Et post iudicii [f. 30] tui tempore ab auditu malo liberati, clausibus sanctorum adunati, in consortio sine fine letentur in exultatione omnium beatorum. Amen.

119 DE CANTICO. Vibent mor(tui).

120 BNS. Fili hominum.

121 SNO. Vibent.

122 LDS. Cantate.

123 YMNUS. Retro quere.

124 CONPLETURIA. Rogamus sanctam clementiam tuam omnipotens deus pater propter animas famulorum tuorum episcoporum, abbatorum, presbiterorum, diaconorum, clericorum uel omnium fidelium defunctorum christianorum [quo] <quas> ex uius uite suffragantibus[1] et terrene corporis conluuione sub<tra>here uoluisti, ut eas superne congregatione[2]

111-113. (L 348)
114. (L 349)
118. (S 295 L 25 nota)
123. = 95
124. (S 56 L 349) [1] suffragantibus] anfractibus L [2] congregatione] congregationi [3] penarum] + atrocitatibus S

/ adsocies, adque inferorum sedibus ereptam celestibus habitaculis [f. 30v] conloces, ita us eorum caro que nunc iacent examinata euigilent gloriosa. Non sint penarum [3] obnoxie, set spiritu gratie copulate. Omnia facta eorum dicta et cogitata pie benignitate indulgeas, [s]et per unigeniti tui gratiam et partem accipiant glorie, et plenitudine<m> resurrectionis in futuro cum sanctis ualeant obtinere. Pater.

125 BENEDICTIO. Christus dominus qui morte sua mortuos fecit esse indemnes, exaudiat uos pro defunctis patribus supplicantes. Amen. Omittat [1] illis quicquid pastorali [..........................................................................
..............................................................................................................

*(Fin del códice)*

125. (L 348, 349) [1] «Omittat illis quicquid pastorali minus cauta promissione egerunt, et uobis det implere quod digne sit ab illis [est] predicatum. Sicque eos omissis culpis in suum transferat regnum, ut uos ablata labe criminum faciat cum eis exultare post transitum. Amen».

## ÍNDICE DE FÓRMULAS LITÚRGICAS

### *A. Oraciones e himnos*

Las grafías han sido regularizadas.


Arceat uobis diuina 51
Benedicat te dne anima 28
Benedicat uobis
dominus et custodiat 55
o.ds. qui uos dignatus 22
Christe
celestis medicina 7, 17
iesu rex regum 95
rex nundi creator 65
Christus dominus qui
es uera redemtio 20
morte sua 68, 125
Clementissime dne audi 114
Concede dne ut tuo nobis salus 26
Cunctorum redemtor animarum 99
Deus
domine uiuentium 110
igne fons animarum 104
Domine qui
in eternum permanes 38
misereris omnibus 50
Domine sic esto propitius 47
Dominum nostrum I.C. qui est uita 106
Eternorum arbiter et futurorum 98
Exaudi nos dne ds noster pro diuersis 19
Exultent dne omnium fidelium 118
Exurge domine ds noster
et a persecutoris 34
in auxilium 24
Exurge dne non e loco 43
Fac qs dne hanc cum seruis 84
Fortitudinem tuam dne 54
In dilectione tua salua 40
Memento dne
qui uentus 72
quod terra sumus 74
Non intres in iudicio 80
L(a)etentur dne et exultent 88
Obsecramus clementiam tuam 112
Oremus
dominum ut uulnera 8
pium ut spiritus 66
redemtorem ut spiritus 105
saluatorem ut uulnera 18
Peccauimus tibi dne 49
Petimus dne misericordiam tuam 82
Precamur
dne deus pietatem 36
inmensam magnitudinem tuam 67
Precemur dominum famulorum 107
Redemtor noster dne fer opem 52
Rogamus sanctam clementiam tuam 124
Salutare tuum dne 10
Salutiferam uobis dns de regnis 53
Salua dne plebem tuam 45
Sana nos dne dum clamamus 30
Summus excelsus dns qui uite 97
Super populum tuum qs dne descendat 70
Te inuocamus dne 9
Tu es portio nostra 76
Tue dne postulamus plenitudinem 96
Vespertinis precibus esto 21

## *B. Antífonas y piezas de canto*


V Ad te leuamus 6, 39, 59, 61, 73, 81
V Ad uidendum in bonitate 15, 64
RS Adiuua nos deus salutaris 32
AL Alleluia fac cum seruis 60
RS Amen dico uobis quia qui uerbum 85
Benedictus 91
LDS Cantate 122
V Cantate ei canticum 111
LDS Cantate domino canticum 93
V Conuertere 104
V — dne aliquantulum 65
SNO Custodi omnia ossa 58
A Dabit uobis dominus requiem 109
V De tenebris 62
V Deus deorum dominus 63
V Deus in nomine 44
V Dies ille dies ire 116
C Domine dabis pacem 90
V Domine quid 23, 42, 69
V Dominus custodit 102
VPR Ego sum resurrectio 63
V Ego sum 85
VPR Eripe domine animas 57, 100
V Et rege eam 3
V Et replebit splendoribus 77
VPR Exaudi nos deus saluator 1, 11
SNO Expergimini qui dormitis 92
A Exurge dne saluum me fac 23, 33, 42
AL Fac cum seruis tuis 83
BNS Fili hominus 91, 120
PSL Hic curantur languidi 56
V Infirmorum adiutor 31
V Ipsi uiderunt 103
L.º L(a)etentur dne et exultent ossa 87, 117
V Laudate nomen domini 113
A Laudemus uiros gloriosos 102
C Laus eius in ecclesiis 94
AL Libera nos filius dei 62
AL Lux ueritatis habitabit 103
V Memento 46
V — congregationis 48
V — domine 60, 83
A Memento dne qui uentus 73
A Memento dne quod terra 71
V Memento dne quod 75
V Memento nostri dne in beneplacito 78
RS Memento nostri dne qualiter 78
Miserere
AL Mitte uerbum tuum 6, 39
A Ne comperdas nos 59
V Ne tradas bestiis 71
A Non intres in iudicio 79
A Orietur in tenebris lumen 111
RS Orietur in tenebris 77
V Ostende nobis 7, 25
AL Ossa uestra reuirescent 113
VPR Parce nobis dne qui animas 61
A Parce ouibus tue sunt 81
A Peccauimus cum patribus 35
AL Peccauimus tibi deus 48
RS Pro defunctis offerimus 86
A Propitius esto peccatis 37, 46
RS Propitius esto peccatis 32
RS Qui dat dolorem 41
RS Qui non aduersi sunt 115
V Quia non iustificabitur 79
V Quoniam deus amat 109
V Quoniam ipse flagellat 41
SNO Redime de interitu 2
SNO Redime domine animas 58, 101
V Reple domine splendoribus 57
V Requiem eternam da eis 86
A Salua plebem tuam 3
A Saluator noster salua nos 14, 44
A Saluos fac nos 4
V Saluos nos fac
A Saluos nos faciat 27
VPR Saluum fac domine populum 5

A Saluum fac domine 25
SNO Sana domine omnes langores 2, 12
AL Sana domine omnes 29
SNO Sana me dne et sanabor 13
V Sapientiam eorum narrent 115
III.° Super populum tuum 69, 108
AL Tu es portio mea 75
V Ut cognoscamus 5, 14, 27
V Ut confiteamur 4, 29, 35
RS Ve nobis qui diligimus 116
A Veniet hora quando mortui 64
RS Virtus nostra dne esto 31
VPR Visita nos domine 15
AL Visita nos dne in salutario 16
SNO Viuent mortui 92, 121
D.C Viuent mortui 89, 119